



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 130. Savi Mellinii Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

Sæc. XVII.
A. C. 1701.

§. CXXX.

Savi Mellinii Cardinalis obitus.

Vitæ Card.
t. I. p. 13.
Mercur.
Hist.

Annus hujus sæculi primum Savi Mellinius Cardinalis vitæ suæ postremum habuit. Erat is patria Romanus, nobili ac pervetusto genere natus: Adolescens emenso literarum studio sacræ sese militiæ dicabat, suorumque fautorum ope ab Alexandro VII. & Clemente IX. summis Pontificibus variis honorabatur officiis, quibus summa cum laude perfunctus, sibi viam ad altiora aperuit: primo enim Congregationi de bono regimine aggregatus, postea a Clemente X. Cæsareensis Archiepiscopus in Hispaniam decernebatur, ubi per plures annos Pontificiana legationem obibat, & non modo Papæ, sed & Caroli Regis expectationi plene satisfecit, quamvis Apostolica libertate sese Regio opposuisset edicto, quo immunitati Ecclesiasticæ derogatum, & Principum Legatis consueta subtrahebantur privilegia: Postea ab Innocentio XI. Romana Purpura decoratus, primo Urbevetanum, postea Nepitanum Episcopatum obtinuit, ac demum Romam reversus, in tribus comitiis in summum Pontificem a nonnullis expetebatur: Prævalente

lente tamen adversantium numero, ac ^{Sæc. XVII.}
 præmatura morte omnem spem inter- ^{A. C. 1701.}
 cidente laborum præmia nonnisi in cæ-
 lis præstolari poterat; decessit enim
 Romæ die decima Februarii annos
 duntaxat natus quinquaginta sex. Ce-
 terum hic Cardinalis ingenii acie, e-
 loquentia, magnanimitate, raroque
 cunctis inserviendi studio eminuit, no-
 tatur tamen, quod ferme ad prodiga-
 litatem liberalis ac magnificus ære a-
 lieno plurimum se obligarit, hunc ta-
 men nævum moderata ac composita
 vivendi ratione postea emendavit.

§. CXXXI.

*Petri Matthæi Petrucii Cardinalis
decessus.*

Obiit hoc quoque anno Petrus Mat-
 thæus Petrucius Cardinalis in op-
 pido Æsii natus. Hic a nobilibus suis
 Parentibus ingenue educatus eos in
 virtutis ac literarum palestra in Mace-
 ratensi Universitate progressus fecit,
 ut in utriusque juris facultate Docto-
 ris honore auctus omnibus morum pro-
 bitate atque eruditione admirationi
 esset: Paulopost liberioris vitæ aura
 infectus, nomini suo haud exiguam la-
 bem inferebat, iterato autem a Car-
 dinale Alderano Cibo Episcopo suo
 acri-

Arnald.
Hist. Theol.
Myst. p. 348.
Briet. Cont.
Annal'
pag. 107.